



INSTITUTIONES  
IMPERIALES  
EROTEMATIBUS  
DISTINCTÆ ET EXPLICATÆ.

---



---

L I B . II . T I T . I .

De Rerum divisione , & acquirendo  
ipsarum dominio.

Superiore libro de Jure Personarum exposuimus : nunc videamus de Rebus , quod alterum est Juris objectum , quo pacto eæ dividantur , acquirantur , & per quas personas .

*Quotuplex igitur est divisio rerum ?*

bic in pr. **T**riplex proponitur à Justiniano ; duæ hoc Tit. & tertia Tit. sequenti.

I. 49. ff. **I.** Quod Res vel in nostro patrimonio , vel extra patrimonium nostrum habeantur. In patrimonio nostro , id est , in bonis nostris habentur eæ res , quæ sunt in hominum commercio , quæve humani juris esse dicuntur. Extra patrimonium esse dicuntur , quæ sunt extra commercium , quæve divini juris esse dicuntur , & nullius in bonis.

II. Quod Res quædam naturali jure Communes sint omnium, quædam Publicæ, quædam Universitatis, quædam Nullius, pleræque Singularum. Nam dilatat seu explicat hæc divisio superiorum; ut scilicet earum rerum, quæ extra patrimonium alicujus privatum sunt, quædam sint communes, &c. quædam privatorum propriæ, sive in privato cujusque patrimonio.

III. Quædam præterea res corporales sunt, quædam incorporeas. Hæc quoque divisio explicat sive ampliat præcedentem, quod nimirum in bonis & patrimonio singulorum habentur etiam res incorporeas; de qua Tit. sequenti.

### Quæ sunt res communes?

Quæ naturali jure, id est, gentium, communes sunt omnium: sive quarum proprietas quidem nullius est, usus autem omnibus patet, ut aër, aqua profluens, mare, & per hoc littora maris. Aër quidem communis est ubique, & quicquid in aëre capitur, ut avis. Aqua profluens, id est aqua fluminis, quia non profluens juris est privati. Littora maris sunt communia, uti & mare. Quod verò Celsus ait, littora esse populi Romani, id accipiendum non quoad proprietatem, sed quoad jurisdictionem, cùm littora, attingentia limites imperii Romanî, eidem subsint. Quomodo hodie dominium maris ratione territorii vindicare sibi Reges Principesque solent: atque hinc jura evectionum & invectionum.

Potest-ne quis prohiberi accedere ad littus maris, vel in eo exstruere?

Non potest; dum tamen à villis & monumentis & ædificiis, in littore positis, abstineat; *Vers. ne-* *mo igitur* quia non sunt juris gentium, sicut est mare. *tur l. 14*

*f. de acq. rer. domin. & l. 50 ff. eod.* Igittur, si in littore quis exstruxerit, manet dominus ædificii, quod ei non rectè aufertur; quamvis non ideo se eximere queat jurisdictioni vicini populi. Ad hoc autem, ut exstruere valeat in littore vel mari, opus habet decreto Prætoris: quia non est propriè ille usus littorum, cùm usus sit ad tempus, ædificatio in perpetuum.

*Quæ sunt res publicæ?*

*f. flu- mina. l. i. f. de flu- min.* Quarum proprietas est alicujus populi, usus autem omnium; ut flumina pene omnia, & propter hæc portus: Ideoque jus piscandi ac navigandi omnibus commune est, in portu fluminibusque. Dico, flumina penè omnia esse publica; quia quædam sunt privata, quæ non sunt perennia.

*l. 59. ff. de V. S.* Portus est locus conclusus, quo importantur merces & inde exportantur, atque ibi naves à procellarum impetu defenduntur.

*Quid juris est de ripis?*

*f. ripa- rum.* Earum quidem usus publicus est jure gentium, sicut ipius fluminis; proprietas vero privata, eorum scilicet, quorum prædiis hærent: eâ ratione, quia onus muniendi ripam illis incumbat, qui propinqua prædia possident. Sed neque usus riparum publicus est, verum eatenus dumtaxat, quatenus utendi fluminis ratio postulat. Quare arbores ibi natas cædere non omnibus licet, sed tantum riparum dominis. At naves ad eas appellere, & funes ex arboribus ibi natis religare, cuilibet liberum est, sicut per ipsum flumen navigare.

*Quæ sunt res Universitatis?*

*f. uni- versita-* Quæ cujusque civitatis vel alicujus collegiorum sunt propriæ: deserviunt vero singulorum ca-

*sibus.* Hujus generis sunt theatra, stadia, *tis l. 6.*  
fortum, curia, viæ publicæ, & si quæ alia *§. 1. ff.*  
communia sunt civitatū, quæ abusivè *b.t.l. 15*  
publica vocantur: sola enim publica sunt, quæ *§. 1. 17*  
populi Romani sunt. Deserviant quidem hæc, *S. l. 2.*  
quæ civitatum sunt, privatorum usibus; *§. 2. Ne*  
non quasi propria cujusque, sed jure civitatis, *quid in*  
& tantum juris habemus ad obtinendum, *loc.*  
quantum quilibet ex populo ad prohiben-  
dum habet.

*Quæ igitur differentia est inter res communes,*  
*publicas, & universitatis?*

Quod Communes, quoad proprietatem, sint nullius, usu autem omnibus pateant, etiam externis, cum nulla sit injuria uti eo, quod natura omnibus commune reliquit: quod Publicæ proprietate sint alicujus populi, ut occupatione non acquirantur, quippe occupatae jam ante à populo, usu verò omnium: quod denique res Universitatis & usu & proprietate sint alicujus civitatis aut corporis; quo modo externus ab iis rectè secluditur, ut qui nihil juris habet in civitate, aut corpore.

*Quæ dicuntur res Nullius?*

Quæ sunt extra commercium hominum; *§. Nul-*  
actu scilicet & potestate: seu quæ in nullius *lius.*  
sunt bonis, vel esse possunt, neque quoad  
proprietatem, neque quoad usum: ut quæ  
divini, vel quasi divini juris sunt ex ho-  
minum dispositione. Hujus generis sunt res:  
Sacrae, Religiosæ, & Sanctæ: *Quæ nullius l. 182.*  
fieri possunt, neo ut fiant ulla obligatio *ff. de Ro-*  
*efficere.* *J.*

*Quæ dicuntur res Sacrae?*

Quæ ritè per Pontifices Deo consecratæ sunt: *§. Sacra-*  
veluti ædes sacræ, & donaria, quæ quia Deo

dicata , alienari vel obligari prohibentur , exceptâ causâ redemptionis captivorū , quia , absurdum non est , animas hominum quibuscumque vasis , vel sacrī vestimentis præferri .

*l. 21. c. de SS. Eccl. vers. locus Plin. lib. 10. ep. 1.* Res verò Ecclesiis donatas , non etiam consecratas , ut ædes , fundos , alienare non licet ; nisi ob urgentem necessitatis Ecclesiæ ejusve utilitatis causam ; accedente Antistitis & Capituli consensu . Ac sciendum est , privatâ auctoritate nec res , nec loca fieri sacra ; nec vice versa loca profanari , quamvis sacræ ædes diruantur , quia religio earum occupavit solum .

### Quæ Religiosæ ?

*§. Religiosum cum seq. l. 6. §. 6. § 1. 28. ff. Com. divid. I. 2. §. 1. § 4. l. 41. § 1. 43. ff. de relig.* Quæ privatâ voluntate piis usibus , puta , mortuo sepeliendo , destinatæ sunt . Religiosum enim locum unusquisque suâ voluntate facit , dum mortuum infert in locum suum . Dico in locum suum ; quia in locum communem purum invito socio inferre mortuum extra neum non licet . Ex ipsis verò sociis licet quem inferre , etiam invitatis cæteris , maximè si aliis non sit locus , in quem inferatur . Summa namque est ratio , quæ pro religione facit , ne videlicet insepulta jaceant corpora .

In alienum autem locum consentiente domino , vel etiam usufructuario ( nam & is fundus alienus hic dicitur , cuius ususfructus alienus est ) licet inferre & locum religiosum

*§. in alien. l. 60. ff. de R. J. l. 10. de R. J. in R. J. 6. l. 75. ff. de R. J.* facere : Idem est sive ab initio dominus consentiat , sive postea ratam habeat illationem . Nam omnis ratiabitio retrotrahitur ad initium , & mandato comparatur . Quid si ab initio consentiat : & postea voluntatem mutet ? Hoc non nocebit ei qui intulit . Nemo enim mutare potest consilium suum in alterius injuriam .

Jure verò Canonico sine auctoritate Epis-

copi locus non fit religiosus, quia is quoque ad unius Dei cultum referatur. Unde infideles, hæretici, qui se ipsos occiderunt, aut in duello occubuerunt, eo in loco sepeliri non possunt.

*Quæ Sanctæ?*

*Quæ sanctione aliquâ adversus hominum in-* §. *sanc-*  
*juriâs munitæ sunt; & dicuntur quodammodo l. 4. ff. de*  
*divini juris, nulliusque in bonis esse: veluti rer. di-*  
*portæ & muri civitatis, quos violari, & aliâ vis. l.*  
*quàm per portas, egredi viâ, hostile est fin. eod.*  
*judicatum, & poena capitî constituta in Cassiod.*  
*lib. 12. eos, qui aliquid in muros deliquerint, & c. 17.*  
*mumenta nituntur violare civitatis. Unde Text. b.*  
*& ea legum pars, quàm poena constituta est in fine.*  
*adversus eos, qui contra legem fecerint,*  
*Sanctio vocatur.*

*Quæ denique sunt res singulorum?*

*Quæ in cuiusque privato patrimonio sunt, §. sin-*  
*vel quarum dominiū acquiri potest singulis, gul.*  
*jure aut gentium, veluti per occupationem,*  
*inventionem, traditionem, &c. aut civili,*  
*per usucaptionem, donationem, succef-*  
*sionem ex testamento, vel ab intestato. De Aristot.*  
*illo jure prius agitur quod vetustius & seculis l. 1.*  
*omnium viguit, vixitque semper. Suntque Rhet. c.*  
*ex eo, modi dominii acquirendi varii, qui 33.*  
*ad quatuor capita referri possunt: videlicet*  
*ad Occupationem, Accessionem, Specificationem,*  
*& Traditionem: vel ad tria tantum,*  
*cùm Specificatio sit accessio quædam, quæ*  
*industriâ fit hominum.*

## DE OCCUPATIONE.

*Quid est Occupatio?*

*Est apprehensio earum rerum, quæ ante in §. fera-*  
*nullius fuere dominio, neque de facto domi-*  
*igitur bestiæ.*

num habent : & versatur circa capturam ferarum bestiarum , & hostium rerumque hostilium ; item circa inventionem gemmarum in littore maris.

*Quid juris in animalium captura?*

Ferae bestiae , inquit Imp. & volucres , & pisces , & omnia animalia , quæ cœlo , mari , & terra nascentur , simul atque ab aliquo capti fuerint , jure gentium statim illius esse incipiunt . Rationem subjicit : quod enim ante nullius est , id naturali ratione occupanti conceditur .

*Interest ne , in suo fundo quis capiat , an in alieno ?*

*l. 3. ff. cod.* Non interest : quoniam feræ , quæ super terram gradiuntur , non terræ , cuius non censentur pars , cum non hærent terræ , aut fundo , sed aëris , in quo spirant , conditione æstimantur : atqui aér omnium est communis . Nec domini obstabit prohibitio , quo plane b.

*Vers. fin. ff. de injur. l. 13. §.* minus in ejus fundo capta fera fiat capientis : cum ea non faciat , ut fera ibidem existens desinat esse communis . Non est tamen omnino frustranea talis prohibitio , quia dominio fundi salva est actio injuriarum adversus eum , qui contemptâ prohibitione ingressus fuerit fundum alienum , venandi aut aucupandi gratiâ .

*Quousque fera capta manet capientis ?*

*§. quid autem l. 35. ff. de R. J.* Quandiu custodiā non evaserit occupantis : quid quam si evaserit , & se in naturalem libertatem receperit , definit esse occupantis , & rursus culvis alteri postea occupanti cedit . Nam , ut animalium acquisitio possessione nititur , ita & conservatio , atque amissio eorumdem nisi possessione debet ; cum con-

erariorum eadem sit disciplina. Ceterū naturalem libertatem tum dénum recipere intelliguntur, cùm vel oculos nostros penitus effugerint, vel ita sint in conspectu, ut difficilis, vel nulla sit recuperandi spes. Quis *text. h. l.*  
enim manere nostrum dicit ( à simili Pom- *44. l.*  
ponius demonstrat ) quod avis transvolans, *55. ff.*  
ex area, aut ex agro nostro transtulit? aut  
quod nobis eripuit?

*Fera ita vulnerata, ut capi possit, cui cedet?  
Vulneranti, an capienti?*

Trebatio, aliisque placuit, eo usque videri §. illud  
vulnerantis, donec eam persequatur: quasi *quaestū*  
licere non debeat, feram ab alio vulneratani *l. 5. §. 1.*  
eidem eripere, & vulnerantem, dum eamdem *ff. b. t.*  
persequitur, insidiosè antevertere; quæ sen-  
tentia hodie inter venatores recepta videtur.  
Inspecta tamen verborum proprietate, sola  
vulneratio ante apprehensionem, non faciet  
occupatam videri feram; ut sentit hīc Imper.  
rejiciens sententiam Trebatii, eò quod multa  
accidere & soleant & possint, ut quis feram,  
etiam lethaliter vulneratam, non capiat,  
vel quia occurrens alia progredi eū vetuerit,  
aut vulneratam eripuerit, vel quia persequen-  
do in tam aspera concesserit loca, ut investi-  
gare amplius non potuerit.

*Eadem-ne in feris omnibus animalibus quoad  
dominii acquisitionem est ratio?*

Non est: nam animalium alia sunt fera *§. apium*  
omnino, quæ nullo hominum commercio *l. 26. ff.*  
mansuescunt, ceduntque ea occupanti: alia *de fure.*  
feræ quidem naturæ sunt, quæ tamen ita  
mansuescunt, ut à nobis abeant redeantque,  
avolent, revolentque; veluti apes, pavones,  
cervi, &c. alia denique mansuetæ ab initio  
sunt naturæ.

*Ergo-ne apium fera quoque natura est?*

Eas inter volucres refert Imper. quæ feræ naturæ sunt, & ob id concedi occupanti. Occupatas verò tum demum videri, cùm alveo inclusæ sunt. Unde si examen apium ex alveo avolarit, in eadem causa erit, in qua fera bestia, quæ custodiam evasit capientis: ut etiam fiat occupantis, si quis in alieno fundo, & ex aliena arbore apes exemerit, quamvis, re integrâ, à domino ab ingressu fundi arceri possit.

*Quid juris est de cæteris animalibus, quæ naturâ quidem fera sunt, hominum tamen commercio mansueta fieri possunt?*

**§. Pavo-** In iis, si quidem ex consuetudine abire  
**num** & redire, evolare & revolare soleant, talis  
**vers. in** regula comprobata est, ut eo usque tua esse  
**iis au-** intelligantur, donec animum revertendi ha-  
**tem** &  
**d. l. 5.** beant: quem si habere desierint, etiam tua  
**§. 5.** esse desinent, & fient occupantium: Re-  
vertendi autem animum videntur desinere  
habere, cùm eundi ac redeundi consuetu-  
dinem deseruerint; censemurque tunc se  
recepisse in naturalem libertatem.

*Quid de animalibus naturæ mansuetæ  
seu domesticis?*

**§. galli-** De iis traditur hæc regula: Ea nostra intel-  
**nar. l.** ligi & manere, quocumque loco sint, licet  
**37. ff.** conspectum nostrum effugerint. Et proinde,  
**de furt.** si quis lucrandi animo ea animalia occupet  
ac detineat, furtum committere intelligitur;  
cùm non censeantur habere animum vindi-  
**Nov. 69** candi se in libertatem, uti superiora. Nec  
**cap. I.** obstat, quod res minima sit, quia non res  
furto ablata, sed mens furantis attenditur.

*Cur autem apes, columbæ, pavones feri-  
sunt; gallinæ & anseres, domestici?*

**d. §. gal-** Quia, ut rectè Justinianus hoc §. aliæ  
**linar.**

quoque gallinæ sunt, quas feras; alii anseres, quos feros vocamus. Estque regula Physicorum, animalia esse domestica, quibus alia ejusdem speciei opposita sunt fera. Jurisconsulti pro feris ea habent animalia, quæ facilimè evolant & aufugiunt.

*Quid juris est in iis, quæ ab hostibus  
capiuntur?*

Ea jure gentium statim nostra fiunt, sive *§.* Item mobilia sint, sive immobilia; sive inanimata, *ea quæ* seu animata, ut jumenta: adeò, ut & liberi homines capti in servitutem redigantur, & *ex hosti-  
bus l. 5.* cedant capientibus. Quod constitutum vide *in fine  
§ l. 51.* tur, ut scelerati homines coérceantur, justo *ff. b. t.* bello victi; & ut milites reddantur alacriores spe prædæ. Observandum tamen, quod & hīc Imp. ait, eos, qui ex potestate domini evaserint, & ad suos reversi fuerint, pristinum statum, id est libertatem, civitatem, omnianque pristina jura recipere.

*Cedunt-ne eo casu indistinctè omnia  
capientibus?*

Minimè: distinguendum enim est inter res *l. pen. ff.* mobiles & immobiles. Illæ interdum servatæ *ad L.* victori ejusque arbitrio permisæ, interdum *Jul. pen.* in ærarium relatæ, interdum *ab Imperatori- cul. l.* bus divisæ inter milites. Immobiles, puta *pen. §. 1.* agri, arces, oppida, publicantur, id est, fiunt *C. d. do-* *nat l.* Principis, aut Reip. cuius auspiciis bellum *20. §. 1.* geritur. *ff. de*

*Lapilli, gemmæ, & cætera quæ in littore <sup>cap.</sup>  
maris inveniuntur, cui cedunt?*

Jure naturali statim inventoris fiunt, cùm *§. item* sint nullius, ejusdemque conditionis cum *lapilli.* ipso mari, modò re ipsâ occupentur & ap- *l. 3. ff.* prehendantur. Inventio enim fit, non oculis, *eod.* sed manu; sive non visione sed apprehensione,

*b.i.6.1. ff. de acquir. poss.* unde nihil juris dat videndi, ante possessionem occupatam. Dicitur, in littore maris; nam si in itinere publico inveniantur, habentur potius pro deperditis, & manent pristini domini.

## DE ACCESSIONE.

*Quid est Accessio, & quotuplex?*

*q. item ea quæ terius,* Accessio est, per quam res aliena sit altera quæ terius, quia ejus rei accedat. Estque alia Naturalis, alia Industrialis. Ad Naturalem spectat nativitas, sive foetura animalium; item alluvio, & circumluvio, sive acquisitione insulæ: ad Industrialem Specificatio, intextura, confusio commixtioque, ædificatio, scriptura ac pictura: ad accessionem denique cum naturalem, tum industrialem, plantatio, satioque, ac perceptio fructuum ex aliena re à bona fidei possessore.

*Quomodo per Nativitatem acquiritur dominium?*

*q. item ea h. t. animalis vel ancillæ:* Ea, inquit Imper. quæ ex animalibus dominio tuo subjectis natæ sunt, jure gentium tibi acquiruntur. Partus enim quasi pars ventris est, eumque tanquam accessio sequitur. Prævalet quippe conditio ventris, quod & in fructibus terræ videre est, qui jure non seminis, sed soli percipiuntur.

*Quomodo per alluvionem?*

*q. P. ter- ea b. t. l. 7. §. 1. ff. de acq. ver. dom.* Quod per alluvionem agro tuo flumen adjecerit, jure gentium tibi acquiritur. Nā Alluvio est incrementum latens, sumptâ voce pro eo, quod latenter & paulatim ita adjicitur, ut intelligi non possit quantum quoque temporis

temporis momento adjicitur : & quod hoc modo adjicitur fundo , fit pars fundi. In quo etiam punitur negligentia eorum , qui prope ripam prædia possident , quia scilicet ripam suam non munierint.

*Cur dicitur incrementum latens ?*

Quia si vis fluminis de tuo prædio aliquam partem detraxerit , & vicini prædio adjecerit , *palam est* , *eam tuam permanere*. Nisi longior tempore fundo vicini hæserit ; arboresque , *seq. ff.* *de acq.* *quas secum traxerit*, in eum fundum radices *rer.* *Ex eo enim tempore videntur coalitæ dom.* & *acquisitæ fundo* , à quo etiam aluntur. *Eisque quod sibi, suæque negligentiarum imputet dominus* , quia tandem tacuerit , nec partem agri sui vindicarit. Interim eidem ex *equitate* *l. 5. §. 3.* *datur in factum actio* , quâ pretium ejus, *ff. de rebus wind.* *quod accesserit* , consequatur.

*Quid de Insulae acquisitione juris est ?*

Ea , si quidem *in mari nata fuerit* ( *quod §. Insulae accidit* ) fit communis , uti & ipsum *la l. 7.* *mare commune est* , nulliusque esse creditur , *§. 3. 3.* *ac propterea cedit occupanti* : si vero *in h. 1. 29. ff.* *flumine* ( *quod frequenter accidere solet* ) , fit eorum , qui ab utraque parte fluminis *prope ripam prædia possident* ; si nimis in medio fluminis fuerit nata. Quod si alteri parti proximior sit , eorum fit tantum , qui ex ea parte prope ripam prædia possident , quia de horum ripis insula illa quasi decerpta est.

*Quid , si flumen ita fundum alicuius occupet , ut evidenter ibi alveum novum querat , relicto priori ?*

Tum fundi illius dominium mutatur per *§. Quod novum alveum* ; & is alveus , ut flumen , *si natura rabi-*

fit publicus , prior verò alveus , à flumine derelictus , fit eorum qui prope ripam prædia possident , pro modo scilicet latitudinis cujusque agri , quæ prope ripam sit ? quia ex eorum agris alveus iste olim factus videtur . Quod si post aliquod tempus ad priorem alveū reversum fuerit flumen , tunc novus alveus non redit ad priorem suum dominum ; sed & eorum esse incipit , qui prope ripam proxima prædia possident . Æquitas quidem vult eum pristino concedi domino , at è diverso stricta juris ratio nihil domino in hoc novo alveo concedit ; quia ager totus sit mutatus , & aliis factus amissâ ejus formâ , quâ mutatâ prope interire dicuntur substantia rei .

*Est-ne idem jus alluvionis sive inundationis , quod alvei novi ?*

**q. Alia Jane.** Non : nam ager à flumine conversus in alveum , noster esse desinit , & fit publicus , & , si rursus à flumine derelinquatur , fit vicinorum . Sed ager inundatione occupatus manet prioris domini . Ratio differentiæ est , quia alveus , cùm sit diuturnus , plane mutat formam & substantiam agri . Inundatio , cùm ferè exigui sit temporis , non item : quamvis inundatio nonnunquam sit perpetua , quæ tunc rei formam immutat .

*Quid est specificatio , & cui per eam acquiritur dominium ?*

**q. cum ex aliena materia.** *Est confectio novæ speciei ; cùm scilicet ex propria , partim aliena , nova species constituitur . Ex propria quidem materia species facta ejus est , qui eam fecit . At si quis ex aliena materia speciem novam confecerit , exhibet , quâ fide id fecerit , malâne an bonâ .*

Nam , si malâ fide , species ad materiæ l.7. §.7.  
dominum pertinebit. Itaque si quis ex uvis ff. b. t.  
meis mulsum fecerit , vel ex olivis oleum ,  
vel ex lana vestimentum , cùm sciret hæc esse  
aliena , tenebitur eo nomine actione ad exhi-  
bendum : quia quod ex re nostra fit , nostrum  
esse verius est.

*Quid ergo , si bonâ fide ex aliena materia  
species aliqua facta sit ?*

Diversæ olim hâc de re fuerunt sententiaæ. Vers.  
Alii , ut Proculeiani , existimabant eum esse & post  
dominum , qui speciem fecisset : quippe quæ , multam  
antequam facta esset , nullius fuerit in bonis.  
Alii , ut Sabiniani , eum qui dominus fuit  
materiæ , ejus quoque quod ex materia illa  
factum est , dominum esse credebant , quia  
sine materia species nulla effici possit ; &  
quia , quod ex re nostra fit , nostrum esse  
dicatur.

Alii denique , ut Caius & Paulus , medianam d. l. 7.  
sententiam tenuerunt , quæ & Justiniano hîc §. 7. l.  
probatur , quæque distinctione utitur : ut , si  
species illa ad priorem & rudem materiam  
reduci possit ( veluti vas ex ære vel argento  
confectum , potest reduci ad rudem massam R.J. ubi  
æris argentive ; ) vera maneat Sabinianorum in natu-  
sententia , quæ speciem novam , materiæ ralium  
tribuit domino ; hâc ratione , quod eo casu causæ  
materia videatur prævalere formæ , quæ rum  
tantum est accidentalis ; sin verò non possit confli-  
species reduci ad pristinam materiam , ut dia mea  
tunc verius sit , quod Proculeiatis placuit ,  
& species cedat specificanti : quia forma dat eligen-  
esse rei , ut Physici loquuntur , id est , nova  
forma ad se rei essentiam trahit , præsertim dia via  
cùm pristina species jam interiisse videatur ,  
eo quod ad suam reduci materiam nequeat.  
Et propterea si quis ex meis tabulis navem l. 26.  
ff. b. t.

fecerit, navis non erit mea; sed facientis,  
quia non manent tabulæ sive quercus: sicuti;  
nec lana, vestimento facto; nec olivæ,  
confecto oleo.

*Quid si partim ex sua materia, partim  
ex aliena, speciem quis fecerit?*

*Vers.* Hoc casu dubitandum non est, eum esse do-  
quod si minum qui fecerit; cum non solùm operam  
partim. suam dederit, sed & partem ejusdem materiæ  
I. 5. §. I. præstiterit: veluti si ex melle meo & vino  
ff. de rei wind. I. alieno factum sit mulsum, ejus erit, qui  
21. ff. de fecerit, quoniam mulsum speciem pristinam.  
*R. J.* non continet. Itaque: cum plus contulerit  
quam is, qui tantum ex aliena materia  
speciem novam fecerit, minus juris habere  
non debet..

*Quid de specificatione accessoria, veluti  
intexturæ, est juris?*

I. 19. §. Hic recepta est regula, quod accessorium  
3. ff. de seu accessio cedat suo principali, licet pre-  
aur. & tiosius sit principali: quia, ut Ulpianus ait,  
arg. semper, cum querimus quid cui cedat, illud  
spectamus, quid cujus rei ornandæ causæ  
adhibetur, ut accessio cedat principali.  
¶. si tan. Unde si alienam purpuram vestimento suo  
men h. t. quis intexuerit, licet pretiosior sit purpura,  
I. 23. §. tamen accessionis vice cedit vestimento. Nec  
ff. de rei refert, inquit Paulus, quanti sit accessio,  
wind. I. sive plus in ea sit, quam in ipsa re, cui ac-  
34. ff. de cedit, an minus plerasque enim res propter  
cont. accessiones emimus.

*Datur-ne eo casu actio aliqua domino purpurae?*

Datur in factum actio, ad estimationem  
purpurae, adversus eum, qui purpuram suo  
vestimento intexuerit. Qui si eandem subri-  
puerit, etiam furti actione, & condictione:

furtivâ tenetur. Rei verò vindicatio non datur domino, quia illa præsupponit dominium, quod in re extincta nullum est: hic autem purpura pro extincta habetur: at qui extinctæ res licet vindicari non possint, tamen à furibus & quibuscumque aliis possessoribus rectè condicuntur. Inter omnes enim constat, inquit Ulp. etiam si extincta res sit, furti manere actionem adversus furem, non ideo quia nunc abest, sed quia nunquam beneficio furis affuerit.

### *Quid est Confusio?*

*Est materiarum, ad diversos pertinentium, si duo inter se & in unum corpus permistio; ut vel rum. l. 7 in aliam speciem migrant, vel difficilis sit ss. 7. & earum separatio: ut sit in liquidis. Veluti si 9. ff. b. qui vina sua confuderint, aut massas argenti ff. ult. vel aurii conflaverint: si ex vino & melle l. 4. & ss. mulsum fiat, ex auro & argento electrum. ff. de rei Quo casu, si materiæ vel ejusdem generis, vind. vel diversæ, dominorum voluntate confusæ sint, totum id corpus, quod ex confusione sit est commune, ita ut suæ quisque partis in toto sit dominus. Quod si fortuitò & non voluntate dominorum confusæ fuerint, idem juris esse placuit. Et, si fieri separatio non possit, (uti cum materiæ sunt ejusdem generis) petet quisque pro rata suæ portionis; ita ut & ratio habeatur ejus, si cuius materia pretio prævaleat, isque amplius ferat ex l. 20. massa: ne alter alterius jacturâ locupletetur. ff. de RJ.*

### *Quid est Commixtio?*

*Quâ diverse materiæ junctæ speciem novam si fru-  
non constituunt, sed singula corpora in sub- nentum  
stantia sua durant & separari possunt. Quo l. 5. in  
casu si voluntate & consensu dominorum pr. l. 2. 3.  
mixtura facta fuerit, totum quod mixtum ff. de rei  
vind.*

est sit commune, & actio communi dividendo, non autem rei vindicatio, locum habet: si fortuitò vel casu frumentum v. g. diversorum misceatur, id non erit commune, sed quilibet, pro rata suæ portionis, partem vindicabit: quia h̄c non est perfecta confusio, cùm singula corpora, id est, singula grana, in sua substantia durent. Et, sicut frumentum non sit commune, ita nec grex intelligitur communis, mixtū ovium factā, quia singula capita in sua manent substantia, nec tua fiunt mea, nec mea item tua.

*Quid est ædificatio? & quando est modus acquirendi dominii?*

*¶. cum  
in suo  
sole.*

*Quando ædificium in suo vel alieno solo, ex sua vel aliena materia, exstruitur. Atque ita ædificatio fit vel in suo solo ex aliena materia, vel in solo alieno ex sua materia, vel denique in alieno solo ex aliena materia; & omnibus his inodis est modus acquirendi dominii ex jure gentium.*

*Quid juris, si in suo solo aliquis ex aliena materia ædificaverit?*

*¶. cum  
in suo  
ædificii: quia omne quod solo inædificatur,  
l. 7. ¶. cedit solo. Hujus regulæ hæc est ratio, quod  
10. ff. h. accessio cedat principali, ut minus majori.  
¶. vers.  
nec tam  
me ideo  
l. 21.* Pars insulæ [ inquit Paulus ] area est, & quidem maxima, cui etiam superficies cedit; Quoniam sine solo ædificium stare non potest.

*¶. 5. ff. de rei vind. l. 11. ¶. l. 74. ff. de R. J.* Hoc tamen casu is, qui materiae dominus fuit, non definit propterea ejus dominus esse. Ideoque ei auferri non debet: sed tantisper, id est, stante ædificio, neque ad exhibendum ea re agere, propter legem X I I. Tabb.

quæ tignum alienum ædibus junctum eximi  
vetat , ne hoc prætextu ædificia rescindantur  
ac diruantur , & urbis adspectus ruinis de-  
formetur. Consequitamen potest actione de-  
tigno juncto duplum pretii ; eâ ratione , quia  
dominus sine facto suo materiâ suâ carere  
cogatur. Quod si aliqua ex causa dirutum sit l. ult. ff.  
ædificium , tunc poterit materiam suam de tigno  
vindicare , & ad exhibendum agere , quippe juncto ,  
cessante ratione Legis XI I. Tabb. nisi tamen  
ante duplum fuerit consecutus , quia iniquum  
esset bis idem exigere , & simul rem ejusque  
æstimationem petere.

*Quid , si è diverso quis ex sua materia in  
solo alieno ædificari?*

Eo casu illius fit domus , cuius & solum est ; ff. ex di-  
ex jam dicta ratione , solo nimirum , quod verso l.  
est principale , ad se trahente materiam , do- 27. ff.  
minio ejus quasi extincto. Distinguendus & seqq.  
tamen hic est is , qui ædificat bonâ fide , ff. de rei  
putans suum esse solum , ab eo qui malâ vind. l.  
fide , id est , qui scit se ædificare in alieno. 2. ff. 5.  
Nam in possessione constituto bonæ fidei ff. de do-  
ædificatore , potest is soli dominum , si petat li mali  
domum suam esse , repellere exceptione doli l. 31. ff.  
mali , sicque sumptus in ædificando factos si cert.  
retinere , qui non debent cedere lucro do- pet. l. 2.  
mini , cum jactura aliena. Quod si possidere l. 3. ff.  
desierit , tunc nec actionem , nec excep- de neg.  
tionem , ad sumptus recuperandos habet.  
Eidem tamen petenti denegandum non est  
officium judicis , quo consequatur rei suæ  
æstimationem.

*Quid si sciens prudensque in alieno ædificavit?*

Hoc casu materiæ dominus , proprietatem l. 2. ff.  
ejus amittit ; quia voluntate ejus intelligitur c. de rei  
esse alienata , & donasse præsumitur : adeò vind.

ut diruto ædificio eam non possit vindicare,  
 453. ff. juxta regulam. Cujus per errorem dati re-  
 de reg. petitio est, ejus consulto dati donatio est.  
 iur. Et potest eidem objici culpa, quod temere  
 ædificaverit in eo solo, quod intelligebat  
 alienum esse: atque ita nec exceptio dolii  
 mali malæ fidei ædificatori prodest; con-  
 cessum est tamen, ut tollat ea, quæ sine  
 detimento rei tolli possunt.

*Quid de Plantæ censes, quam quis in suo  
 vel alieno solo posuerit?*

*f. si Ti-* Ea jure soli ejus erit, cuius est solum; ita ut  
*rius l. 7.* ne quidem eruta vindicari à pristino domino  
*f. ulti.* possit, dummodò radices egerit, neque  
*ff. b. t. l.* enim potest intelligi esse alterius quam ipsius  
*6. ff. 2.* fundi, à quo tota alitur, & per quem alia  
*f. arbor* facta est. Et ideo arbor in confinio posita, si  
*furt.* etiam in vicini fundo radices egerit, com-  
*cæsar.* munisit: aliás ejus est, ex cuius fundo alitur.

*Quid dicendum de Satis?*

*f. quâ* Idem quod de plantis: nimirum sata ejus  
*ratione* esse, cuius est solum; quia fructus non jure  
*l. 25. ff.* seminis, sed soli percipiuntur. Is tamen,  
*de usur.* qui bonâ fide sevit, oppositâ dolii mali  
 exceptione, impensas servare poterit.

*Quotuplices sunt Impensa?*

*l. 79. de* *Triplices*: aut enim sunt *Necessariae*, sine  
*V. S.* quibus res interitura, aut deterior futura sit;  
 aut *Utiles*, quæ rem meliorem faciant,  
 omisæ tamen non diminuant; aut *Volup-  
 tuarie*, quæ tantum speciem ornant, fructus  
 non augent.

*Quas impensas dedit bonæ maleve-  
 fidei possessori?*

*L. 5. c.* *Necessarias* omnis possessor deducit, cùm  
 de rei non possit videri donasse, qui necessario  
 impendit.

impedit; fuisse enim ei negligentia sua vend. la  
damnosa. Idem dicendum de impensis, §8. ff. de  
fructuum colligendorum causâ factis, ut & pet. hæ-  
malæ fidei possessor eas repeatat, cùm sint red.  
necessariæ. Utiles etiam quilibet possessor l. 39. ff.  
retinet, quia æquitas non patitur ut damno d. t. §  
alieno dominus fiat locupletior: cujus tamen l. I. § 9.  
Si tanta sit inopia, ut impensas reddere ne- ff. de im-  
queat, nisi re divenditâ, quia iniquum fuerit pens.  
dominum cogi re suâ carere, propter im-  
pensas ab alio factas, tantum tollere pos-  
sessori permittitur, quatenus potest sine  
læsione prioris statûs. Voluptuarias deducit  
bonæ fidei possessor, quatenus cedunt in do-  
mini utilitatem, ex dicta æquitatis ratione,  
quæ etiam malæ fidei possessori permettere  
videtur harum impensarum separationem,  
quatenus ea ipsi profutura, & res deterior  
futura non est.

*Nulla-ne igitur hæc inter bonæ & malæ  
fidei possessorem est differentia?*

Est hæc, quod malæ fidei possessor non aliter d.l. § 8.  
impensas necessarias & utiles deducat, quâm d.l. 28.  
si res existet, in quam impedit, & supersit ff. de  
melior facta, eaque ad dominum perveniat: pet. hæ-  
ita scilicet, ut possessor in damno maneat;  
dominus afficiatur lucro illius jacturæ. At red.  
bonæ fidei possessor indistinctè impensas im-  
putat, v. g. quamvis domus, quam fulsit,  
combusta sit, aut res alia melior facta  
perierit. Quod tamen in singulari possessore  
bonæ fidei limitant Interpretes.

*Quid juris de acquisitione scripture?*

Quod quemadmodum ædificia solo, arg. d.  
plantæ & semina fundo cedunt, ita quoque l. 38. ff.  
ex eadem ratione, litteræ quamvis aureæ de rez  
sint, chartis membranisque cedant. Quic- vind.

quid enim rei meæ imprimitur , accessionis  
instar est , & rei meæ cedit , cùm ita adjicitur ,  
§. literæ ut pars ejus fiat . Sed si ego vindicem chartas  
h. l. §. illas , neque pretium scripturæ solvere velim ,  
§. i. ff. tibi doli exceptio est , ut suprà . Moribus  
h. t. verò nostris Accursii ratio convenientior est ,  
chartam cedere scripturæ .

*Quid de Pictura ?*

§. si quis Idem de ea , quod de superioribus , in-  
z n alie- spectâ naturali ratione , dicendum foret . At  
na. At jure singulari placuit propter excellentiam  
Paulus stritam artis , tabulam cedere picturæ ; idque propter  
juris ra- ejus pretium . Ridiculum enim putavit Imper.  
tionem picturam Apellis vel Parthasii in accessionem  
seq. l. 25 vilissimæ tabulæ cedere ; cùm plus sit in  
manus pretio , quàm in reipsa , & picturæ  
pretium non in substantia , sed in arte po-  
situm sit .

§. 3. ff. Hinc si dominus tabulæ imaginem possi-  
de rei deat , & is , qui pinxit , eam petat , nec  
wind. ff. pretium tabulæ solvat , exceptione dolii  
de V. S. mali rectè submovetur : At si pictoream pos-  
l. 9. §. 2. sive deat , datur domino tabulæ utilis contra  
ff. h. t. eum vindicatio . Nec obstat regula juris quod  
l. 1. §. duorum in solidum dominium esse non possit .  
ult. ff. Nam intelliguntur domini duarum rerum ,  
cōmod. unus tabulæ & picturæ , alter æstimationis .

*Fructus à bonæ fidei possessore percepti  
cui cedunt ?*

§. si quis Naturali ratione placuit fructus , quos perce-  
a non pit , ejus esse , pro cultura & cura : si utique  
domino à non domino , quem dominum esse credi-  
h. t. l. derit , bonâ fide fundum emerit , vel ex  
§. 37. & donatione aliave qualibet justa causa æquè  
l. 167. bonâ fide acceperit . Bonæ igitur fidei pos-  
§. fin ff. se R. J. sessor est , qui ex justa causa sive justo titulo  
possidendi , veluti emptione , donatione ,

Negato , detinet rem , quam putat bonâ fide suam esse. Item is qui auctore Judice rem comparavit. Malâ verò fide possidet , qui scit se nullam habere causam possidendi , nec pet. ha-  
potest ullam reddere cur possideat. l. II. in finff. de red.

*Quid & quotuplices sunt fructus ?*

Fructus sunt rei accessiones , quæ vel ex ipso l. 62. ff.  
rei corpore , vel ejus occasione ad utilitatem de rei  
hominis proveniunt. Suntque Naturales , vel vind. l.  
Civiles. Naturales ex ipsa re proveniunt: 45. ff. de  
Civiles occasione rei ( ut redditus , pensiones 12. ff. de  
ædium , usuræ pecuniarum , ) qui potius V. S.  
vicem fructuum obtinent. Rursum Naturales  
propriè dicuntur , qui naturâ tantum operantes  
producuntur , ut poma , pira , herbæ , lignum ,  
& similes : Alii sunt Industriales , qui facto  
& industriâ hominis , puta culturâ & curâ ,  
ut vinum , oleum , segetes , legumina.

*Bonæ ergo fidei possessor omnes-ne  
fructus facit suos ?*

Omnis tam naturales , quâm industrielles: l. 48. ff.  
quia loco domini penè est , & in percipiendis b. t. 3  
fructibus idem juris habet , quod dominis l. 25. ff.  
prædiorum tributum ; & plus juris , quâm 2. ff. de  
usufructuarius , ad quem omnes fructus l. 7.  
pertinere constat. Neque textus hoc loco , in pra-  
fundans se in cultura & cura , excludit fructus 8. ff.  
naturales , cùm & illi desiderent curam col- de usu-  
lectionis , ac custodiæ. Aut , quod verius est , fruct. l.  
non distinguit inter fructus , sed rationem l.  
redit , cur naturali ratione placuerit , ut 11. ff. l.  
bonæ fidei possessor possideat fructus non 136. ff.  
industrielles tantum , sed & naturales ; ni- de R. Ja  
mirum quia coluit & curavit fundum illum ,  
vel rem illam ex qua fructus provenerunt : ut  
ita cultura & cura non ad fructus , sed ad  
rem , unde fructus existunt , referatur. Com-

pensanda enim diligentia & cura possessoris  
fuit præmio aliquo, præsertim cum publicæ  
utilitati studuerit, ne agri inculti desererentur.

*Facit-ne verò bonæ fidei possessor fructus  
suos absolutè?*

**S.** si quis Solâ quidem perceptione dicitur facere  
vers. & fructus suos, sed non absolutè aut irrevoca-  
IDEO. l. biliter. Unde distinguendum inter fructus  
25. §. consumptos & existentes. *Consumptos*, cu-  
zilt. l. 28 in pr. ff. juscumque illi sint generis, suos facit absolutè:  
de usur. existentes verò & nondum consumptos co-  
l. 48. in gitur domino rem unde percepti sunt, vin-  
pr. ff. h. dicanti restituere. Et hoc est, quod hīc ait  
z. l. 51. *Imp. de fructibus ab eo consumptis dominus*  
ff. & l. *agere non potest*; indicans de existentibus eum  
22. c. de rei vind agere posse; cum unius inclusio, sit alterius  
exclusio. Itaque bonæ fidei possessor *interim*,  
id est, tantisper, donec res evincatur, vel  
judicium accipiatur, percipiendo fructus  
suos facit; at re evicta eos unà cum re resti-  
zuere ei compellitur, ex cuius fundo nati  
sunt, cum non amplius sit loco domini, ac  
proinde cesset causa cur fructus apud illum  
sint, ut rei alienæ pars & accessio.

*Quid, si quis alienum fundum sciens possederit?*

**V**ers. ei Malæ fidei possessor, quoniam prædo est,  
verò l. & nullam possidendi causam habuit, nihil  
33 l. 63 sibi prorsus retinet ex fructibus, sed omnes,  
ff. & l. cujuscumque illi sint generis, tam naturales,  
22. c. quam industrielles, perceptos & percipiendos,  
de rei existentes & consumptos, sive ex iis factus  
vind. l. 36. sit locupletior, sive non, domino fundi  
40. & restituere cogitur, deductis tamen prius  
57. ff. de impensis necessariis. Nam fructus non intel-  
pet. hæ- liguntur, nisi deductis impensis. Et quidem  
red. & et si in fructus existentes vindicatione petuntur, vel  
rem. in- potius officio judicis cum ipsa re restituenda

Venient. Consumpti verò condicione sine fr. de off. causa. Non enim debet quis ex sua malitia jud. l. 4. lucrum facere , & cum jactura aliena lo- c. de cond. ex epletari. lege.

*Quæ est differentia inter bonæ fidei posses-  
sorem, usufructuarium & colonum?*

Quod bonæ fidei possessor fructus faciat §. is ve-  
nuos, sive ipse eos perceperit, sive alius ejus rō ad  
nomine : quia separatio à solo facit eum do- quem l.  
minum. At fructuarius illos tantum facit suos, 15. §. 1. ff. de u-  
quos ipsemet perceperit. Et idē licet ma- sufruct-  
turus fructibus, nondum tamen perceptis, l. 43. ff.  
decesserit, ad heredes ejus non pertinent, de ret-  
sed domino proprietatis acquiruntur. Bonæ vind.  
fidei possessor fructus perceptos transmittit  
ad heredes, quia eos percipit jure soli,  
animo & opinione domini. At fructuarius  
non percipit fructus jure soli, cùm sciat rem  
alienam esse ; sed percipit jure ususfructūs,  
qui consistit in fruendo, & extinguitur cum  
persona, quia jus est mērē personale, ita  
ut ad heredem nihil transmittat juris. In  
colono penē idem juris est, quod in fru-  
ctuario : pinguis tamen in eo, quod jus  
suum, quod in prædio conducto habet,  
transmittat ad heredem, si decedat durante l. 10. C.  
contractu, qui etiam heredi censetur initus, de loca-  
idē & onus contractus ei incumbit. 10.

*In pecudum fructu quænam esse dicuntur?*

Lac, lana, pilus, foetus, ut agni, hoedi,  
vituli, & equuli, & sicuti, qui statim na-  
turali jure in dominio sunt fructuarii. Partus §. in pe-  
verò ancillæ in fructu non est, sed id solum cedunt  
esse intelligitur, quod ad usum hominis l. pe-  
inductum est. Homo verò ad usum hominis nult. ff.  
conditus non est: & idē fructuario non de usu  
acquiritur. Absurdum enim esset, & contra fruit.  
leg.

dignitatem hominis, eum in fructu esse: cum omnes fructus rerum natura hominis gratia comparaverit. Itaque partus ad dominum proprietatis pertinet, & ad bonae fidei possessorem, qui loco domini est.

*Quid si gregis usumfructum quis habeat?*

*Q. sed si  
gregis.*

Talis frui grege debet, salvâ substanciali, teneturque in locum demortuorum capitum totidem submittere, & in locum vinearum demortuarum vel arborum substituere alias.

*1.68. ¶ Hoc enim est colere & uti, quasi bonus 69. ff. de paterfamilias. Sitamen habeat usumfructum non gregis aut armenti, sed singulorum 70. §. 3. ff. de capitum, nihil supplere cogitur, quia semel usufr. interempta, suppleri nequeunt.*

*Quid est Thesaurus?*

*1.31. ff. Est verus depositio pecuniae, cuius non existat de acq. memoria, ita ut dominum jam non habeat: & rer. propterea fit ejus, qui invenerit, & apprehenderit, quia nullius. Sunt enim paria, non esse, & non apparere dominum. De 1.15. ff. eo autem si constet, thesaurus propriè non ad ex- est, ejusque furtum fit.*

*Semper - ne totus thesaurus inventori acquiritur.*

*¶. the- Non distingue enim oportet. Nam aut sauros quis in loco suo seu proprio thesaurum inve- l. un. C. nit, & totum sibi acquirit, quia fortunæ do- de the- num nemini est auferendum. Aut invenit in saur. l. loco alieno, & dimidium sibi acquirit, pars 10. altera cedit loci domino; dummodo casu invenerit: nam si datâ operâ, totus domino cedit, & inventor jus suum amittit ut co-eeatur cupiditas alieno inhiantium, inhibaturque occasio subruendi loca occulta. Sin magicis artibus inventus fuerit thesaurus,*

totus cedit fisco : nisi id acciderit in fundo  
alterius , qui dimidium illius habebit , cùm  
ei non sit auferendum beneficium fortunæ  
propter delictum inventoris.

*Quid , si in loco sacro aut religioso  
inventus fuerit Thesaurus?*

Divus Adrianus , naturalem æquitatem se- d. 5.  
cucus , ei concessit , qui invenit casu fortuito ; thesau-  
cujus sententiam h̄ic Justinianus probat . Sed ros.  
divi fratres , Severus & Antoninus , thesauri  
sic inventi partem fisco vindicari constitue-  
runt ; fortè eâ ratione , quod cura & defensio  
locorum sacrorum , quæ publicâ auctoritate  
sunt constituta , principaliter ad Principem  
spectent . Intelligenda ergo Constitutio divi l. 3. ff.  
Adriani de locis religiosis privatis , quæ quis pen. ff.  
que sibi constituit illatione mortui . Erant de jure  
enim privata quædam & familiaria sepul- fisci . l. 5.  
chra , in quibus quod quisque invenit , sibi & 6. ff.  
vindicare poterat , tanquam in suo loco ,  
fundoque repertum . de relig.  
obl.

## DE TRADITIONE.

*Quid est Traditio ?*

Theophilo auctore , est de manu in manum g. per.  
translatio : quæ definitio concepta videtur de tradi-  
rebus mobilibus , quæ manu traduntur , cùm tionem  
tamen traditiores etiam immobiles comple- arg. l. 3.  
etatur . Rectius definietur , datio possessionis ; ff. de act.  
nec opus est addere , rei corporalis : nam ut emt. egl.  
possessio cadit in rem duntaxat corporalem , 28. ff. de  
ita & ea sola tradi potest . verb.  
obl.

*Differunt-ne in jure Dare , & Tradere ?*

Planè : licet Tradere pro Dare nonnum- l. 28. ff.  
quam accipiatur . Dare est dominium trans- 75. ff.  
ferre in accipientem , sive dominum eum ult. ff.  
facere : Tradere vero est possessionem tantum d. t.

transferre. *Traditio* est facti potius, sicut & possessio plus facti habet: *Datio* est juris. Sic venditor non tenetur emptori rem emptam dare, sed vacuan<sup>m</sup> tantum possessionem præstare, utque ei rem habere liceat.

*Ut traditione acquiratur rei dominium,  
quæ requiruntur?*

**I.36. ff.** Quatuor præcipua. I. *Voluntas tradentis* ; b.t.l.18 cùm nemo privetur re suâ invitatus ita ut tradita non videatur, nisi dominus voluerit. At reb. de non velle videtur is, qui transferendo domini- ered. nio circa corpus errat, quia talis error vo- luntati contrarius est: non etiam, si in causa translationis tantum erretur.

**I.20. ff.** II. *Potestas in transferente*; nam rem alienam eod. l. nemo rectè transfert, nisi subsit man- tI. & l. datum domini, cùm per alium faciens per §4. ff. de se ipsum facere videatur; aut lex illud sup- R. J. pleat, veluti in creditore vendente hypothecam, in tutori vel curatore, alienante rem minoris. Debet autem hæc potestas esse libera: nam is cui interdicta est retum ad- ministratio, ut pupillo, prodigo, non potest dominium transferre.

**III. Ut sit res, quæ possit transferri à do- mino.** Unde traditio rei alienari prohibitæ per testatorem aut legem, nihil operatur.

**IV. Ut fiat traditio ex justa causa præce- pr. ff.** dente, & sufficiente ad translationem, qualis eod. l. 8. est emptio, venditio, dos, legatum: neque in pr. ff. etiam nuda & simplex traditio dominii manda- translationem operatur. Uniuscujusque enim. tz. contractus initium spectandum & causa est.

*Venditæ res & traditæ statim ne emptori acquiruntur?*

**V. ven-** Non aliter, quam si emptor venditori pre- dita ve- tium soluerit, vel alio modo, puta ex pro-

missore , vel pignore dato , ei satisfecerit , rō l. 19.  
aut venditor fidem emptoris fuerit secutus ; & l. 13. ff.  
quia fidem sequi est quasi accipere. Itaque de contr.  
venditor , donec pretium numeratum sit , ult. 6.  
dominus remanet , & rem suam , si existet , ult. ff. de  
potest vindicare ; atque interim fructus facit fundo  
suos. Quod si pars pretii numerata sit , pro ea dot. l. 78.  
parte tantum fructus ad emptorem pertinet. gl. 176  
ff. de V.

*Sufficit-ne interdum , etiam sine traditione nuda  
voluntas domini ad rem transferendam ?*

Sufficit ; adeoque verâ & naturali tra- f. intera-  
ditione semper opus non est , veluti , si quis dum.  
rem , quam tibi ante commodaverat , lo-  
caverat , apud te deposuerat , postmodum  
aut vendat tibi , aut donet , aut dotis no-  
mine det. His enim casibus quamvis alienans l. 9. §. I.  
ex ea causa rem non tradat , tamen quia ff. de  
patitur eam apud te esse , statim tibi acqui- Publi-  
ritur proprietas , perinde ac si eo nomine cian. in  
tradita fuisset , idque evitandi circuitus causâ. rem att.  
Hinc si quis merces in horreo depositas vendi- l. 74. ff.  
derit , simul atque claves horrei tradiderit de cond.  
emptori , in eum proprietatem transfert mer- emt.  
cium. Intellige si modò venditor fuerit do-  
minus ; alioquin enim usucapiendi tantum  
conditio in bonæ fidei emptorem transit.

*Potest-ne fieri traditio in personam incertam ?*

Id sâne fieri videmus , cùm Consules , aut  
Prætores ; hodie Principes ( die inaugura- f. hoc  
tionis ) missilia jactant in vulgus ; licet enim  
ignorent quid eorum quisque sit accepturus , amplius  
tamen accipiens , cui fortuna faverit , licet  
incerta sit persona , illorum sit dominus ,  
cùm in genere populus , cui gratificatum  
volunt , qui missilia jactant , sit certus ;  
quod satis est..

*Quid ergo statuendum de rebus pro  
derelicto habitis?*

**S. quā** Ex fiunt primō occupantis, exemplo missi-  
**ratiōne.** lium. Quamvis sit discriminem aliquod quoad  
acquisitionem dominii inter missilia, & rem  
pro derelicto habitam. Nam res , quae pro  
derelicto habetur, statim nostra esse desinit,  
& occupans ejus efficitur dominus , cūm sit  
nullius. Missilia verò non item , nisi ab alio  
apprehensa fuerint, quoniam ea est cogitatio  
& mens spargentis.

*Quae res habetur pro derelicto?*

**Vers. pro** Quam dominus eā mente abjecit, ut eam  
**derelicto** in numero rerum suarum esse nolit. Unde  
**G. fin.** consequitur , eam rem , quae in tempestate  
levandæ navis causā ejicitur , non acquiri  
occupanti ; quia palam est non eo animo  
ejici , ut dominus esse desinat , sed ut fa-  
cilius maris & exortæ tempestatis periculum  
effugere possit. In necessitatibus enim nemo  
**I. 18.** censetur liberalis. Eodem referenda est res ,  
**ff.** de quae domino ignorantे de rheda currente  
**adim.** decidit , quae pro deperdita habetur , ejusque  
legat. dominus inquirendus est publicè ; alioqui  
**I. un. c.** furtum committitur. Ratio est , quia quod  
**etnde vi.** tuum non est , scire debes omniibus modis  
**I. 43. §.** esse alienum. Quanquam non videatur furti  
**2. ff. de** obnoxius, qui post sufficientem inquisitionem  
**furtis.** domini non comparentis , eam rem re-  
tinuerit.

## TIT. II.

De rebus Corporalibus & In-  
corporalibus.

**Tit.** superiori egit Imperator de acquisitione rerum corporalium : sequitur de rebus incorporealibus , non quidem omnibus , sed de Servitutibus , quomodo eæ acquirantur & amittantur : præmittiturque hic tertia rerum divisio in Corporales & In- corporales.

*Quæ dicuntur res Corporales?*

**Q**uæ sui naturâ tangi possunt , quæque <sup>bic in</sup> sub sensum exteriorem cadunt ; ut <sup>pr-</sup> fundus , homo , vestis , aurum .

*Quæ Incorporales?*

**Q**uæ tangi non possunt , neque oculis corpo- <sup>I. I. §. I.</sup> reis cernuntur , sed intellectu tantum percí- <sup>ff. de re-</sup> piuntur ; cujusmodi sunt illæ res , quæ in <sup>rum di-</sup> jure consistunt : veluti hereditas , quam <sup>vis. I.</sup> 178. ff. licet quidam pinguis pro rebus hereditariis <sup>de V. S.</sup> accipient , tamen , sine ullo etiam corpore , pro succedendi jure capitur servitus , usus fructus , obligatio quoquomodo contracta . Nec ad rem pertinet , quod in obligatione res corporales contineantur : nam distincta est obligatio ab iis rebus qui in ipsa versantur , v. g. si vendidiisti mihi domum , obligatio quidem respicit rem corporalem , nempe domum ; sed antequam eam tradideris , tantum mihi competit obligatio tuæ personæ , non ipsa domus .

## TIT. III.

## De Servitutibus.

*Quid est Servitus, & quotplex?*

**S**ervitus hoc loco nihil aliud est, quam jus in re aliena ad usum alterius, vel prædii, vel personæ, præter ejus naturam constitutum. Est enim duplex Servitus, Realis vel Personalis: nam si personæ debeatur, est personalis; si verò rei sive prædio, tunc realis seu prædialis perhibetur, nisi apertè conventio ostendat jus personæ, non rei, quæsitum esse. Realis iterum duplex est: aut enim prædii rusticæ est, aut prædii urbani.

*Quid vocas prædium rusticum, vel urbanum?*

**L. 198.** Rusticum voco quemlibet fundum, seu **ff. de V.** ædificium, ad usum percipendorum fructuum exstructum. Urbanum quodvis ædificium habitandi causâ comparatum, & quocumque in loco situm, sive ruri, sive in civitate. Quia non locus, sed materia, hoc est, subjectum ac commoditas prædia distinguit. Hincque servitutes illis inhærentes, vel sunt Urbanæ vel Rusticæ.

*Quæ sunt servitutes rusticorum prædiorum?*

**in pr. b.** Quæ prædiis debentur rusticis; cujusmodi sunt, Iter, Actus, Via, Aqueductus.

**ff. eod.** *Quid est Iter?*

**L. 2. § 7.** Est jus eundi, ambulandi hominis per fundum de serv. alienum. Iter dicitur, qui & sella & lectica rusticæ vehitur.

Quid Actus?

*Actus est jus eundi, ambulandi hominis, l. 2. ff.  
agendi jumentum, vel vehiculum. Et in hoc de serv.  
plus est, quam in itinere: nam qui actum rust.  
habet, utique & jus habet itineris, non  
quidem ex vi verbi, ac jure servitutis; sed ex  
verisimili paciscentium voluntate, vel potius  
interpretatione. Quis enim agere vel jumen-  
tum, vel vehiculum potest, nisi & ipse eat?  
Non enim debet, cui plus licet, quod minus est, l. 21. &  
non licere. Cum & in eo quod plus est, semper l. 110. ff  
ansit minus.*

Quid Via?

*Via est jus eundi, & agendi, & ambulandi d. l. 1.  
hominis. Nam & iter & actum via in secon- l. 15. §.  
tinet, id est, facultatem eundi & agendi I. ff. de  
æquè propriè.*

*Si Actus est jus ducendi vehiculi, & Via  
jus vehendi; in quo ergo differunt?*

*Is qui viam habet, non tantum per eam d. l. 7.  
agere potest, sed & lignum & lapidem  
trahere, hastam item rectam ferre, modò  
fructus non lædat; quorum neutrum nec iter,  
nec actum habenti, permisum est; quia  
majus periculum subest lædendi fructus, cum  
iter & actus plerūmque sint viæ angustiores.  
In quo etiam differunt, quod viæ latitudo Cujacius  
amplior sit & certa, videlicet 8. pedum in l. 22.  
porrectum: 16. in anfractum, id est ubi obſ. c. 35  
flexum est. At actus itinerisque latitudo non  
est lege definita, sed ab arbitris, vel ab ipsis  
partibus definienda est, quanta homini, aut  
jumento eungi sit satis. Caius differentiam l. 235.  
inter viam & actum hanc constituit: Ferri, ff. de V.  
inquit, proprie dicimus, quæ quis suo cor- S.  
pore bajulat: portari ea, quæ quis jumento  
secum dicit; agi ea, quæ animalia sunt.*

Quid est Aquæductus?

l. 3. in *Est jus aquæ ducendæ ex alieno fonte , per pr. ff. de fundum alienum , vel ad irrigationem agri aqua nostri, vel ad amoënitatem, vel pecoris causâ. quot. & Sed requiritur ut aqua sit viva & perennis , est. l. i. ff. quia quæ perennis non est , duci non potest : cod. l. 34 habent enim omnes servitutes causam perpetuam. Quod si fons exarescat, existincta est servitus , quæ tamen restituitur si rursum aqua fluere incipiat.*

*Sunt - ne aliæ servitutes rusticæ præter enumeratas ?*

l. 5. inter *Sunt : veluti Aquæ hauritus , id est , jus aquæ rusticæ hauriendæ ex fonte puteove vicini ; Pecoris rur. d. ad aquam appulsus , sive jus pecoris ad aquam l. i. §. i. di , seu appellandi pecudes ad fontem vel puteum vicini ; Jus pascendi pecoris in alieno agro ; Jus calcis coquendæ in fundo alieno ; & Jus arenæ fodendæ ex fundo.*

*Sunt - ne semper rusticæ hæ servitutes ?*

*Non semper , sed quatenus rusticæ debentur prædio , eatenus dicuntur rusticæ ; nam & possunt deberi & constitui urbano ; uti & è diverso servitutes urbani prædii possunt deberi*

l. 2. ff. rusticæ , fiuntque rusticæ. Quod autem Imper. d. t. Zœ-rator illas rusticæ servitutes , sequentes verò *Jus ff. urbanas appellaverit : ad id videtur respexisse , de ser. n. quod plerumque sic constitui soleant , nec 23. l. 64 alioquin ea quæ rarò accidunt , putavit in ff. de R. negotiis agendis computanda.*

*Quæ sunt servitutes urbanorum prædiorum ?*

l. 5. præd. *Prædiorum urbanorum servitutes sunt , que urbanæ ædificiis inhærent. Nam ædificia omnia , l. 198. prædia appellamus urbana , etsi in villa ædificata sint. Inter urbanas servitutes numerantur.*

I. *Servitus oneris ferendi* quæ est jus , quo l. 8. §. 2.  
onera vicini , columna vel paries alicujus ff. si ser-  
ferre & sustinere cogitur. In qua hoc speciale,  
quod is , qui eam debet , cogatur reficere  
columnam , ad eum modum , qui servitute  
impositâ comprehensus est , contra servitutum  
naturam , quæ est , ut quis patiatur in suo  
quid fieri , non etiam cogatur agere.

II. *Tigni immittendi* ; quæ est jus , quo vi- l. 33. ff.  
cinus tignum vel trabem ex ædibus suis in de serv.  
parietem domus vicinæ immittere potest. præd.  
urb.

III. *Projiciendi* , id est , ita aliquid emit- text. hic  
tendi è nostro pariete , ut provehatur & l. I.  
pendeat quidem supra alienum , non tamen ff. d. t.  
in eo requiescat ; cujus ordinis sunt Mæniana ,  
& Suggrunda.

IV. *Stillicidii* , quæ vicinus patitur ut l. 20. §.  
aqua pluvialis ex tecto nostro in ædes suas stillici-  
vel aream stillatim cadat. dium ff.  
de serv.

V. *Fluminis* , id est , jus aquæ , impetu præd.  
per canalem decidentis , recipienda ab ædibus urb.  
vicini. Unde fluminis servitus gravior , stil-  
licidii levior habetur.

VI. *Altius non tollendi*. Servitus imponit l. 8. §.  
necessitatem ædes non tollendi ultra certam 9. c. de  
alitudinem : idque contra naturalem liber-serv.  
tatem , quæ permittit facultatem ædificandi  
ad libitum.

VII. *Altius tollendi* , superiori contraria , l. 17. §.  
quando vicino ea lex imponitur , ut teneatur 1. ff. de  
altius ædes suas tollere , aut parietem elevare , ser. urb.  
pro commodo vicinæ domus , ut hâc ratione præd.  
per refractionem seu repercussionem in eam  
lumen devolvatur , vel etiam impediatur  
ventus , aut lumen avertatur. Citra hanc l. 61. ff.  
legem vicino impositam , facultas altius tol- de R. Ja.  
lendi servituti non rectè adscribitur , cum  
cuicunque liberum sit , domum suam reficere ,

112 INSTIT. IMPER.

& parietem elevare, donec probetur servitus.

**A. 4. I. 15** Eò pertinet servitus, Ne luminibus officiis seqq. ciatur, quâ quis prohibetur aliquid facere, quo lumina nostra obscurentur, quod fit altius edificando, vel arborem ponendo. A qua differt servitus *luminum*, quâ id acquisitum videtur, ut vicinus lumina nostra, hoc est, fenestras, quibus lumen coeli hauritur, excipiat. Item servitus, ne prospectui officiatur. Plus enim est in prospectu, quam in luminibus. Lumen est unde coelum videri possit. Prospectus etiam ad amoenitatem refertur.

*Cur vocantur servitutes prædiales?*

**S. Ideò** *Quia sine prædiis constitui non possunt. Nemo autem enim servitutem potest acquirere urbani, vel rustici prædii, nisi qui habet prædium; nec quisquam potest debere servitutem, nisi qui prædium habet, unde debeat. Sunt enim prædia subjecta servitutum, servitutes eorum adjuncta; atque haec sine illis esse nequeunt.*

*Omnes servitutes habent-ne causam continuam & perpetuam?*

**A. 28. ff. de serv. urb. præd.** Veteres crediderunt nonnullas esse servitutes quæ causam discontinuam haberent, alias quæ causam continuam. Sed juri conformius est, omnes servitutes esse continuas, cum habeant perpetuam causam, habitudine scilicet. Quâ ratione non constituitur servitus super iis quæ opere manuum facta, quod eorum causa non sit perpetua, sed super iis quæ causam habent naturalem: naturæ enim ordo certus est. Igitur omnes servitutes causam habent perpetuam, licet usum non habeant continuum, ex quo tamen possessioni nihil derogatur, aut minuitur, cum per hoc non censeatur interpellata aut amissa posses-

sio, quod quis ei corporaliter non insistat, modò semper facultatem habeat utendi illâ servitute.

*Quibus modis servitutes constituuntur?*

Constituuntur tam pactionibus in continentî §. si quis adjectis bonæ fidei contractibus, quâm velit. l. ultimâ voluntate. Nam potest quis testamen- 4. §. ult. to damnare heredem, ne altius tollat suas ff. de ædes, ne luminibus ædium vicini officiat, &c. l. 2. c. b. Usucapione eas non acquiri ex eo patet, t. l. fin. quod usucapio possessionem desideret, quæ c. de non est propriè circa incorporalia. Longâ præscr. tamen quasi possessione, & eo temporis longi cursu, quo res corporalis possessa usucapitur, temp. dicuntur acquiri.

*Quibus modis amittuntur?*

Variis: I. Confusione, si utriusque prædii l. I. § idem fiat dominus: quia res sua nemini servit. 8. ff.

II. Remissione, sive totius servitutis, sive quenam- partis: cum & pro parte retineri possit servi- adm. servit. tamen & cuilibet liceat jus suum remittere ad amitt.mittendo actum servituti contrarium, quia l. 34. ff. eodem genere quodque dissolvitur, quo col- de serv. ligatum est. l. 35. ff.

III. Resoluto jure concedentis: per hoc enim & resolvitur jus accipientis, cum nemo plus juris in aliud transferre possit, quâm ipse habet. de R. J. l. 54. ff. de R. J.

IV. Lege & pacto servituti constitutæ ad- l. 59. ff. jecto: tametsi enim sub conditione, aut ex de V. O. tempore, aut ad tempus constitui non possit, quod perpetua debeat esse ejus causa; se rvan- da tamen est conventio, daturque exceptio pacti conventi, veldoli. Morte ejus cui debe- tur servitus, non amittitur; cum rei, non personæ, debeatur.

V. Non utendo per modum, & per tempus l. 3. ff.

INSTIT. IMPER.

10. §. 1. IT4. constitutum, quod est decem annorum inter  
l. 18. ff. præsentes, & viginti inter absentes.  
quen:-  
admod. Quod si temporis intervallo sit distincta  
servit. servitus, ut tantum alternis anniis, aut mensi-  
amitt. bus debeat, duplicato tempore amittitur.  
l. 7. ff. Quæ est hoc casu differentia inter servitutem  
cod. rustici & urbani prædii?

d. l. 18. Quod servitus rustici prædii, per solum  
§. 2. non usum amittatur, ut sufficiat sola cessatio  
eius, cui debetur, et si ille qui debet, nihil  
agat: urbani vero prædii servitus non aliter  
amittatur, quam si & contrarium factum  
eius, qui dominus est prædii servientis,  
intervenerit, ut si debito tempore foramen,  
in quod immitti tignum solebat, obstruxerit.  
l. 6. in Ratio differentiæ est, quod rustica servitus  
fin. ff. de consistat in solo exercitio & facto eius, cui  
servit. debetur, quo cessante ponitur non usus:  
urbana vero, quia nihil exercitii habet, sed  
in sola ejus, qui debet, patientia consistit,  
non utendo non amittitur, sed ædificiis re-  
tinetur, absque facto hominis, ut quoad ædi-  
ficia sunt adaptata servituti excipiendæ, duret  
eius possessio, quæ, ut cesseret, sunt auferenda.

---

TIT. LV.

De Usufructu:

Sequitur nunc de servitutibus personalibus,  
Usufructu, Usu, & Habitatione.

Quid est Usufructus?

Est jus alienis rebus utendi fruendi, salvâ  
rerum substanciali.

Vit. in. Ait Imp. Jus, id est, servitus, ut excludat

jus quod colonus habet in fundo conducto , pr. & l.  
 quod non est jus in rem , sed tantum in per- I. ff. b. t.  
 sonam locatoris , cum quo contractus initus l. I. ff.  
 est. Verba , alienis rebus , indicant , eum , de usu  
 qui habet usumfructum , rei proprietatem fruit. le-  
 non habere , quia res sua nemini servit. gato.  
 Verbum , utendi , additur ad differentiam  
 pignoris , quod est apud creditorem , qui eo  
 uti non potest invito debitore. Additur , l. 13. ff.  
 fruendi , ut separetur à nudo usu & habi- b. t. l. 3.  
 tatione. Additur , salvâ substanciali , tum ut §. I. ff.  
 excludatur quasi ususfructus earum rerum , commo-  
 quæ usu consumuntur , quarum ususfructus dat..  
 proprius non est : tum ut coarctetur jus  
 usufructuarii , qui potest eatenus uti frui ,  
 quatenus rei substanciali non reddit dete-  
 riorem , cùm rei proprietas deterior facta  
 non videatur reddita. Ideoque cavere cogitur  
 usufructuarius , se rem integrum restituturum  
 finito usufructu.

### *Quotplex est ususfructus?*

Dùplex , ex sententia Interpretum , qui constat.  
 alium faciunt Causalem , qui conjunctus est ad l. I.  
 cum sua causa , id est , proprietate , quam ff. b. t.  
 habet dominus , & tunc non est propriè Dissent.  
 servitus : quia , ut dictum , res sua nemini Corasius  
 servire potest. Alium verò Formalem , qui misce.  
 separatus est à proprietate , & alteri debetur c. 3.  
 in re aliena , de quo solo hîc agitur.

### *Quibus modis constituitur Ususfructus?*

Pluribus modis : aut enim per legem , quæ §. usus-  
 patri usumfructum concedit in bonis adventi- fr. à pro-  
 tiis filiifam : aut per Judicem , quando in prietate.  
 judiciis divisoriis Judex uni fundum adju-  
 dicavit , alteri verò usumfructum ejusdem  
 fundi : aut per dominum , cui jus est de re l. 6. &  
 sua liberè disponendi , sive actu inter viuos , fin. C. de-

*bonis* sive ultimâ voluntate ; ut ecce , si usumfru-  
*qua lib.* ctum alicui legaverit , heres enim nudam  
*l. 6. ff.* habet proprietatem , legatarius verò usumfru-  
*b. t.* ctum ; vel vice versa si alii deducto eo fundum  
legaverit .

*Quibus in rebus constituitur ?*

*§. consti-* Non tantum in fundo & ædibus , verum  
*tuitur* etiam in servis & jumentis & cæteris rebus ,  
*quitem.* exceptis iis , quæ ipso usu consumuntur . Nam  
hae res , quæ usu dispereunt , neque naturali  
ratione , neque civili , recipiunt usumfructum :  
quo in numero sunt vinum , oleum , fru-  
mentum , vestimenta ; quibus proxima est  
pecunia numerata , quæ ipso usu atque assidua  
permutatione quodammodo existungitur .

*Vers. sed* Sed harum rerum cum proprius non possit  
*utilitat.* esse ususfructus , improprius introductus est  
*& vers.* à Senatu , utilitatis causâ ; sub cautione  
*ergo l. I.* tamen idonea , de restituenda scilicet re , non  
*C. h. t. l.* eadem , quia consumitur usu , sed alia ejus .  
*4. & 7.* ff. de u- dem qualitatis , vel ejus aestimationis . Neque  
*usufr.* ea- enim naturalis ratio auctoritate Senatus com-  
*rum re-* mutari potuit . Unde illa regula juris Quæ  
*l. 188.* rerum naturâ prohibentur , nullâ lege confirma-  
*§. 2. ff.* ta sunt .

*Quibus modis extinguitur ?*

*§. fini-* Certis quidem modis eum extingui placuit ,  
*tur anie* & ad proprietatem reverti ; quia , ut ait Im-  
*l. 8. ff. de* per alioqui nulla esset utilitas nudæ proprie-  
*usufr.* tatis , semper abscedente usufructu . Finitur  
*legat.* itaque :

*l. 3. l.* I. Morte ejus , cui relictus est usufructus :  
*pen. C. h.* quia personæ tantum debetur & servit , eique  
*l. c. 7.* cohæret . Quoties enim cohæret personæ id  
*de R. J.* quod legatur , veluti personalis servitus , ad  
heredem non transit . Unde regula Privilegium  
personale , personam sequitur , & extinguitur  
cum persona .

**II.** *Capitis diminutione*, olim quidem etiam minimâ, hodie tantum maximâ & mediâ, id est servitute, quæ mortalitatil. 209. comparatur, & deportatione, quæ ut privatff. de R. J. civitate, ita & ejus usu: minima non facit amitti civitatem, nec ejus jura.

**III.** *Non utendo per modum & tempus,* eo modo, quo constitutus est ususfructus.

**IV.** *Lapso tempore, aut conditione appositâ.*

**V.** *Rei interitu;* quia ususfructus est jus in corpore, quo sublato & ipsum tolli necesse est: sic nec areæ quidem ususfructus debetur.

Unde Pomponius; exceptâ capitis diminu- l. 14. ff. tione vel morte, reliquæ causæ, vel pro quib. parte interitum ususfructus recipiunt. Non mod. u- obstat huic juri regula, quâ dicitur in toto susfr. a- partem contineri, quia hic locum non habet.

Quoniam in usufructu constituendo hoc actum esse videtur, non ut is interitu rei, sed rei mutatione extingueretur. Tum vero res mutata dicitur, cum in aliam speciem & nomen transiit, etiamsi partes ex priore corpore manent. Res, inquit Catus, abesse videntur, etiam l. 13. §. hæ, quarum corpus manet, forma mutata est. I. ff. de

**V. I.** *Cessione factâ ipsi domino, vel è contra proprietate acquisitâ fructuario;* quia res sua nemini servit; & hic v. I. modus Con- text. hic l. 8. ff. §. solidatio appellatur. de peric. & cum rei vind.

**Cur cedi domino potest, non item extraneo?**

Quia cedendo ipsi proprietario, conjungitur ususfructus cum proprietate, & sic finitur; res enim sua nemini servit. Cedendo extraneo nihil agit fructarius, quia jus, quod habet, est personale, quod personæ cohæret, & cum ea extinguitur. At ususfructus commoditatem cedere cuivis potest, quia ea res qualitatibus ususfructus non repugnat, cuius

rotum jus remanet in persona usufructuarii,  
quā existentā etiam jus ejus finitur.

*An ergo cessione factā extraneo , statim  
usufructus reddit ad proprietarium?*

*text. hic* Non statim , sed suo tempore , post finitum  
ita acci- videlicet usumfructum in persona usufru-  
pienda ctuarii inutiliter cedentis. **Cedendo** enim  
*l. 66. ff.* *extraneo nihil agit* , id est , ususfructus non  
de jur. recedit à fructuario , non amittitur , cùm  
dot. cessio sit inefficax. Atque ita succedit regula ,  
c. non quod propter alienationem , in se inutilem ,  
præstat. nemo amittat jus suū: & illa: Non præstat im-  
de R. J. pedimentū , quod de jure non sortitur effectū.  
in 6.

*Finito denique usufructu , vel ejus parte ,  
quid juris?*

Cùm totus ususfructus finitus fuerit , re-  
vertitur ad dominum proprietatis , qui incipit  
solidam & plenam habere proprietatem. At  
si pars finiatur , non revertitur statim ad pro-  
prietatem , sed sæpe alteri parti accrescit.

## TIT. V.

## De Uso &amp; Habitatione.

*Quid est Uso?*

*Text. hic in pr. l. 3. §. i. ff.* **E**st jus rebus alienis utendi , salvā earam  
substantiā. Constituitur circa easdem  
res , iisdem modis , & amittitur , quibus  
usufr. ususfructus. Cautio & hīc necessaria de uten-  
quem- do boni viri arbitratu & de restituendo rem.  
admod.

*caveat.* *Est- ne igitur tantumdem juris in Uso ,  
quantum in Usufructu ?*

*§. i. b. t.* Non est. Nam is qui fundi nudum usum  
habet , nihil ulterius habere intelligitur .

quām ut oleribus, pomis, floribus, foeno, stramentis, & lignis, ad usum quotidianum utatur, non ad compendium, sed ut necessitatī tantūm suæ consulat, atque in fundo ita moretur, ut neque domino fundi sit molestus, neque iis, per quos rustica opera fiunt, impedimento; neque ulli alii jus, quod habet, locet, vendat, gratis concedat; cùm is qui usumfructum haberet, possit hæc omnia facere, & fructus rei pignori dare. Ratio differentiæ est, quia ususfructus alteri *l. 72. ff.* concessus non est novus, sed idem, qui fuit *de R. J.* penes concedentem: usus verò esset novus, & planè alienus in persona extranei, quia alia aliorum est necessitas.

Solius autem utentis necessitas in usu spectat *l. 17. ff.*, idèò individuus & facti potius dicitur. *de serv.* Ususfructus est individuus, quia magis circa *l. 25. ff.* rem ipsam versatur, nempe fructus fundi, *de V. S.* quām circa factum.

*Quid est Habitatio, & quomodo differt ab Usu?*

Habitatio est jus habitandi in ædibus alienis, sed si salvâ ipsarum substanciali: quod etiam locari *tui hab-* alteri potest, eâ ratione, quia relinquens *bitatio.* aliqui habitationem censemur respexisse & rem & necessitatē personæ, cui reliquit. Contra verò si cui usus ædium relicitus sit, is *l. 13. c.* locari alteri non potest, quia relinquens *de usu-* censemur nudum jus & necessitatē utentis, *fr.* ex proprio fine desumptam, respexisse. Quo fit, ut ædium usus in jure consistere dicatur; habitatio in facto potius, ut non interficit perse quis an per alium habitet, an verò alteri locet; nam & qui locat, utitur, & qui alii cedit, ut mercedem accipiat. Unde ea, quæ sunt facti, per alium rectè præstantur: Quâ *l. 10. ff.* ratione habitatio non perit non utendo, nec *b. t.* capitis diminutione: secus in usu obtinet.